



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Quòd confitenti non liceat prodere personam peccati consortem &
exemplum de clerico & sanctimoniali, cap. 28

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Adolefcens quidam infirmus, cum cuidam fuo concanonico, nondum facerdoti, compellente neceffitate confeflus fuiffet, quod a quadam illectus fantimoniali, ofcularus fuiffet eam, interrogatus eft, fi rem haberet cum ea? Refpondente eo, non, fed illa libenter vidiffet, fatis me verbis inuitans ad commixtionem, ipfam etiã perfonam exprimens, confeflor eandem perfonam ab illo tempore femper in corde fuo despexit, nec potuit eam tantum diligere & venerari, vt antè. Talem poffet confitens proderè perfonam, vt inter ipfum & confeflorem odium perpetuum naceretur. APOLLONIVS: Verbi caufa. CÆSARIVS: Si diceret confitens; Domine ego peccavi cū forore, filia, vel concubina veftra, puto vix poffe fieri, quin ille turbaretur. APOLLONIVS: de hoc mihi dicas exemplum.

CAPVT XXIX.

CÆSARIVS.

Sacerdos quidam in Sufatia habuit concubinã, quam adolefcens quidam concupifcens cum eadem peccavit: in quadragesima verò, ad eundem facerdotem veniens, confeflus eft peccatum fimul & perfonam. Quod cum audiffet facerdos, turbatus eft valde, & ab illius eum amore abftrahere volens, durius arguit, peccatum aggrauavit, pœnitentiamque duram nimis iniunxit. Rancor ifte fine periculo non fuit. Vnde inuectio tam afpera, pœnitentia tam dura, nifi ex propalata perfonã? hæc mihi retulit Theodericus Sufatiensis monachus nofter, qui vtrũque nouit, facerdotem videlicet & adolefcentem. Non ergo proderè debet confitens perfonam peccati confortem, cum tamen ea, quæ peccatum ipfum aggrauant, confiteri teneatur. APOLLONIVS: Vellem inftitui, quomodo dicere deberet. CÆSARIVS: Huiusmodi formam poffet feruare; Domine, ego peccavi cum legitima, concubina, filia, vel forore cuiusdam cognati, affinis, amici, vel inimici mei, folis peccatis meis exigētibus, fiue ab illa inductus. Et in hunc modum